

## **Qvadripartitae Conciones Stanislai Grodicii Societatis Iesv**

Qvarum Primae, Timorem Sanctvm Incvtiunt; secundae Fidem Catholicam confirmant; tertiae Spem erigunt; postremae diuinam in nobis Charitatem excitant ...

Continet sex Dominicas Quadragesimae, & coenam cum paßione Domini

**Grodzicki, Stanisław**

**Ingolstadii, 1609**

Partitio.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56003](#)

ta, qui venturus est in mundum. Iesus ergo cum cognouissent, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regem: fugit iterum in montem ipse solus.

## P A R T I T I O .

**I**N tres partes distribuere possumus hoc Euāgeliūm. Prima continet multas circumstantias, quae hoc praeberunt miraculum. Secunda, beneficium à Christo Domino populo Iudaico miraculosè ac liberaliter collatum describit. Tertia effetus qui sunt subsecuti notat.

Ceterum quoniam miraculum istud accuratè ab omnibus quatuor Euangelistis conscriptum, plus habet in nucleo, quam in cortice monstrat, visum est mihi utrumque quidem diligenter, id vero quod excellentius est exactius perpendere. Corticem voco beneficium hoc præstitum Iudeis: nucleus nomino corporis sanguinisque Christi mysterium, in sacramento Eucharistiae Christianis à Christo relictum, cuius hīc non solum typum habes, sed etiam quomodo te ad illud præparare debeas discis. Eò igitur omnes nostræ collimabunt conciones. Et in prima quidem tum fraudes satane, quibus huic Sacramēto insidiatus est pandemus: tum quomodo eas evitare, & nosmetipos probare oporteat differemus. In secunda, tum beneficia Christi in institutione Eucharistiae nobis exhibita, tum alias eiusdem dæmonis fraudes, quibus

pus fidem huius Sacramenti debilitare confueuit  
aperiemus. In tertia & dubia circa literam præ-  
sertim, quæ seruiunt ad concordiam Euangelista-  
rum dissoluemus, & more huic ferè cōcionī con-  
sueto, tum doctrinas inde hauriemus: tum in sū  
bonam erigere fideles conabimur. In postrema,  
quomodo nos & ante, & in ipsa communione, &  
post eam gerere debeamus declarabimus, adeo-  
que qua ratione pro tanto Christi Iesu in nos be-  
nevolentia & amore, amorem viciissim nostrum  
erga illum excitare queamus, docebimus.



## CONCIO I.

SATHA-  
NÆ  
FRAV-  
DES.

PANES.  
COPHI-  
NI.  
*Causse ali-*  
*quot cur de*  
*Euchari.*

*ftia agen-*

*dum.*

## TIMOR.

IN more est mihi positum, hac Dominica  
quæ Lætare communiter dicitur, de san-  
ctissimo Eucharistia sacramento traſatio-  
nem suscipere, cum ob diei lætitiam & ve-  
stram vilitatem: tum propter Euangeliij ho-  
dierni historiam, quam ab hoc nostro insli-  
tuto alienam non esse, & miraculum ipsum,  
& quæ illud præcedunt, aut comitantur cir-  
cumstantiæ demonstrant. Miraculum qui-  
dem: Nam hæc panum multiplicatio, ad fi-  
dem